



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Quid sit benedixit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

cum scelere Herodis vota monastica? Vouerut à religiosis caltras auxilio diuino seruanda, Herodes iurat temerè vt morte Prophetæ adulteriū sanciat. Vouerut hi paupertatem, vt relictis omnibus Christum nudè sequantur, Herodes flagitiosis illecebris ebrius, opandi arbitriū puella permittit, daturus omnia, etiam dimidiū regni sui. Deniq; obediētia homini, vice Dei imperantis promittitur, eaq; in rebus honestis & licitis præstatur: at Herodes quod temerè, stulte q; iurauit, sceleratissime fecit. Nihil igitur in votis Monasticis sceleris, nihil in iuramento Herodis exultationis.

§. 4. Non sola religione iuramenti adducebatur rex vt facinus mandaret, sed propter simul discumbentes, ne quis Dei metu, aut reuerentiā factum tantum nefas putet. Opprobria hominum timuit, quasi rex promissum irritum redderet.

VERSUS 15.

Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Desertus est locus & hora iam præterit, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis, non habent necesse ire: date illis vos manducare. Responderunt ei: non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Qui ait eis: afferte mihi illos huc.

QVÆSTIO I.

Quid in historia de quinque panibus obscurandum?

§. 1. Ex monte, vbi requiescere iussi erant, venerunt, Vespertinū tempus iam propinquabat. Tempus præterit tibi, inquit Syrus. Nondum tamen crepusculum aduenerit, nam ante tenebras & cæna data est, & discipuli ad nauem compulsi.

§. 2. Syrus habet pro fœno כֶּרֶס forte legendum כֶּרֶס, ænum. Panes affertis sibi iussit, vt ostenderet se esse, qui mundū pasceret, & cibo, & verbo, all'goriā vide apud Higonem elucidator. annot. 12. in Euang.

§. 3. Discubuerunt, vt Lucas habet cap. 9. 14. per quinqueagenos, vt numerus hominum cognosceretur, & ordo seruaretur, ordinis enim amator Deus est. Inopinata autem Christi munificētia solatio est fidelibus, non de fore naturæ, quo sustentetur, si modo Domino auctori suo sese committat, ei q; confidat. Non enim est in op'ia timentibus eum, Psal. 32. Non desent suos Deus, quos condidit.

VERSUS 19.

Et cum iussissent turbā discumbere super fœnū acceptis quinq; panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælū benedixit & fregit & dedit discipulis panes, discipuli autē turba.

QVÆSTIO I.

Quid sit εὐλογῆσαι, benedixit?

§. 1. Magna est hoc loco controversia, an εὐλογῆσαι sit εὐχαριστῆν, an vero εὐχαριστῆν sit εὐλογῆν, considerato cuiusque vocis etymo, & proprietate. Nam Ioannis 6. 11. in hac eadem historia legimus εὐχαριστῆν, gratias agens. Contendunt autem sectarij, εὐλογῆν, non referri ad panes, quati panibus benedixit, sed ad Deum, cui gratias egerit.

Indubitatum est Deo benedixisse, Deum laudasse, hoc est enim εὐχαριστῆν, sed ita vt Deo gratia aduocetur, quā panes augeant. Benedictionē etiam ad panes pertinere clarior est ex Lucæ cap. 9. v. 14. quam vt probatione opus habeat. Expresse enim habet, εὐλόγησας, benedixit eos, sic benedicendi verbo tri-

tur, 1. Cor. 10. 16. εὐλογῶν, quod vel cui benedicimus. Sic 1. Timoth. 4. 4. cibus sanctificatur.

§. 2. Quin illo etiam modo Sectarij nonnulli exponunt. Piscator in Lucam εὐλογῶν, id est, τῶ θεῷ ἡ χάρις, Deo sanctificauit. Aretius, indicasse panes præter naturæ beneficium consuetum nouo robore, & virtute threpticā imbui, quod quidem ad benedictionem panibus factam referri commodè potest: non tamen in eo sita fuit benedictio, vt nouā virtute nutriendi imbuerentur panes, sed vt auerentur. Bullingerus, benedixit, interpretatur, orauit, suis auxit, quod tenebat in manu: rectius diceret: orando auxit; vtrumq; enim fecit. Quæmododū Deus Gen. 1. benedixit vt multiplicarentur. Miratus itaq; sum etiā contra suos stare Danielelem Tossanum, negat benedictionem ad panes, asserit ad Deum referri. In confesso est autem omnem creaturam Dei verbo benedici, & benedictionibus Dei seruari, augeri, integrari, vt merito Beza Bezæ error. impium iudicemus, cum benedictiones creaturarum ad magicos fufurtos refert.

VERSUS 20.

Et manducauerunt omnes & saturati sunt, & tulerūt reliquias duodecim cophinos fragmentorū plenos.

QVÆSTIO I.

Quantum superflui?

§. 1. Dodecim cophini. Redduntibus singulis in testimonium, quod superflui erat. Ὅς ἡβραῖς appellatur, Gen. 4. 16. 17. & Psal. 8. 70. non est ὅς sed ἡ. Mensuræ autem modus est ὅς vt à viro, capite vel brachio gestari possit.

§. 2. Cophinus aridorum & liquidorum mensuram habet; ita Pollux & in liquidis tres choas seu congios continet, probabile etiam in aridis eandem esse mensuram, fuere igitur congi 36. Minores sportis fuere, in altero miraculo σπυρίδες sunt sportæ, vt cap. 10. & 11. hic cophini, solebant circumferri Iudæi. Iuuenal. Satyra 3. de Iudæis quorum cophinus, fœnumq; suppellex, non dissimilis apud Francones orientales ratio. Fœnū ad tegendum fundum erat. Quinq; millia ὄρεῖτα alij Euangelistæ, & noster apud Ioannē, vt hic quoq; videatur addendum. Mulierum & puerorū non minorē numerū crediderim. Potus ē vicino fonte, amne, imo & mari: dulcis enim erat aqua, & laudatissimas aquas Iordanis fuisse ex historiis manifestū est. De piscibus etiā esse superflua docet Marcus c. 6. 43. separatim vero pisces in cophinis collocatos fuisse arbitror.

VERSUS 22.

Et statim compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam & præcedere eum transfretum donec dimitteret turbas.

QVÆSTIO I.

Quomodo iusserit discipulos discedere?

§. 1. Compulit eos inuitos à se recedentes. Ioan. 6. 15. Paulo aliter: sed hæc est historię series. Ordo historię. Relatis cophinis fragmentorū Iesus, discipulos iussit via, ea deferre ad mare, & se præcedere, interim turba eū laudat, ventura vt raperet, & regē faceret: tū Christus clam ascendit ad montē, dum quærirur à turba, & Apostoli interrogantur, quæruntq; aduersperat, illi nauigant, & cum iam ppe Capharnāu esset, ventus ortus est, atq; ita tota nocte laborant, nam quarta vigilia ad eos venit Dominus. Verū quæ in vrbē Capharnāu acta sunt reliqui omiserūt, sed recedent quæ cōsecuta